

lib. 8. quæst. 5. num. 33. & 35. Quamobrem eum
 35 Concilio Tridentino, cap. 1. sess. 23. & etiam
 in Parocho, qui habet regimen animarum, &
 tenetur personaliter residere etiam non sit
 promotus ad Sacerdotium, ut ut cap. Licet Canon. 5.
 de elect. lib. 6. & ibi notat. Butr. in 7. no-
 tab. Anchar. in 2. Gemin. in d. d. §. 1. etiam, vers.
 Quæro quando dicatur, & Franc. ibid. num. 3. in fin.
 vers. in eodem Glossa.

36 Et confirmatur, quia Episcopis ex Concilio,
 dicto cap. 1. §. Quoniam, sess. 23. non licet lon-
 giori spatio, quam duorum, vel trium mensium
 singulis annis ab Ecclesia abesse. Quod si Bulla
 Urbani VIII. non arctaret provisos ad residen-
 dum nisi post mensem à die consecrationis, ha-
 berent omnes primo anno ad minus quatuor
 menses absentie: nam tres menses habent ad
 suscipiendum munus consecrationis, cap. Quo-
 niam, 75. dist. 1. cap. Quoniam, 100. dist. 1. Con-
 cilio Tridentini, sess. 23. cap. 2. & alium mensum
 habent ex Bulla; quod esset absurdum, quia
 cum Constitutio emanaverit in favorem residen-
 tiæ, non debet in ejus dispensationem retorqueri, l.
 Quod favore, C. De legib. cap. Quod ob gratiam, de regu-
 lar. lib. 6. nec operari contrarium ejus, ad
 quod inducta est, l. Legata inutiliter, ff. De adimen-
 terat. cum similibus. Nec verum est promotus ad Ep-
 37 piscopatam posse sumere tres menses absentie
 in principio anni suæ promotionis. Quoniam
 Concilium, in d. §. Quoniam, intelligi debet de
 Episcopis residentibus, qui à suis Ecclesiis ab-
 scedunt; non autem de illis, qui nunquam ad
 residentiam se contulerunt, ut patet ibi, statim
 reverberi sunt, l. Uterque, ff. De rit. nupt. l. Vir
 mulieri, ff. De donat. inter vir. & uxar. & l. 3. ff. De
 divort. nec non ibi, abscedentium, quod verb.
 necessario supponit Episcopus antea in suis Ec-
 clesiis residisse: ac deinde ab illis recessisse, ut
 l. Unica, C. de Colon. Palest. lib. 11. Nec obest angus-
 tia temporis unius mensis supra ponderata, nu-
 18 8. quia ad expediendas Bullas sufficiunt dies cir-
 citer viginti, & interea potest promotus se ex-
 pedire a visitatione sacri Collegii, & aliis in
 Curia peragendis; & expedit animarum salutem,
 ut quanto citius ad residentiam se conferant.

38 Secundò limitatur suprascripta Regula, ut
 locum habeat solummodò in spectantibus ad
 exercitium, & decorem ordinis Episcopalis in
 quibus appellacione Episcopi venit tantum con-
 secratus, cap. Transmissam, cum ibi notatis de
 elect. & tradit Butr. in conf. 19. Quia hic agitur: cum
 39 illis huc congeillis per Felinum, num. 1. col. 3. in
 prin. vers. Et idè dicit Durium, locus verò si ma-
 teria subiecta concernat justificationem Episcopa-
 lem, quia cum hæc cadat in electo confir-
 mato, ut d. cap. Transmissam, cum Glossa in ver.
 Deratibus, dispositio loquens de Episcopo veri-
 ficatur etiam in electo confirmato, seu proviso,
 licet non consecrato, ut nota. Glossa in d. Clem.
 1. in ver. Episcopi, & ibi Abb. num. 2. de foro com-
 petenti, Cardin. post Tenzelinum in Clem. 1. in
 6. quæst. de penit. Felinus alios referens hic num.
 5. vers. restringuntur. Joannes de Solva, de Benef.

part. 1. quæstione 2. num. 49. Hoc autem casu ve-
 samur in materia residentie, que non prer-
 quirit ordinem Episcopalem, imò potest ac-
 debet fieri à provisos etiam non ordinatis, ut in d.
 41 e. Licet Canon. 5. in etiam, de electione lib. 6. & si-
 filius offensum est in precedenti limitatione. Fi-
 eit quod notat. Joan. Andr. in e. Cum exco. ibi;
 & per idem dicendum in electo, de elect. lib. 6.
 ubi tenet, electum confirmatum posse dare licen-
 tiam clerico se absentandi à Parochiali per se-
 ptennium studiorum causa, licet ille tex. loquar
 de Episcopis: & cum sequuntur Felinus &
 Joan. de Selva, loca citata. Ex quibus patet etiam
 r' sponsum ad objecta: & ita fuit observatum in
 casu bon mem. Ludovici Rodulphi, Episcopi
 Pactensis, qui cum in morbum incidisset post
 mensè à die propositionis in Consistorio, sed
 infra mensè à die suscepti muneris consecra-
 tionis, & paulò post in Curia obiisset, ejus bona
 tanquam spolia Camera Apostolica applicata
 fuerunt, nulla habita ratione facultatis testandi,
 quam obtinuerat à felicis record. Urbano VIII.
 & eadè quod de hac Bulla super residentia scrip-
 si in e. Qualitate, d. n. 11. usque in fin. de Cler. non
 residen.

De materia decretalis videlicet quando Papa
 Sede vacante, vel plena mandat Capitulum, vel
 Episcopo, ut aliquem recipiant in Canonicum,
 & in Fratrem, eique præbendam conferant, num-
 quid mandatum possint, aut debeant adimplere,
 vide magistralem distinctionem Baldi hic, n. 34.
 & Henric. Boic. numero 6. vers. Si quis quando Pa-
 pa.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Ad Audientiam il. 1.

S V M M A R I V M.

1 **L** Atinitas falsa vitiat rescriptum Papa,
 Amplia etiam si falsa latinitas sit in uno tan-
 tum ex Capitulis separatis, n. 4.
 Limitata si sit in supplicatione, & narrativa
 partis, num.

2 **L** itera Apostolica deficiendo in figura litterarum, defici-
 unt in figura substantiva.

3 **E**t presumuntur falsificata presumptione iuris, & de
 iure.

4 **S**criptura fides est indivisibilis.

5 **D**eclaratur. num. 13.

6 **S**ubreptio in una parte non vitiat totum rescriptum in
 partibus separatis.

7 **D**eclaratur quando est in parte, qua non causat principa-
 liter concessionem gratia.

8 **L** itera Apostolica facultatis testandi, & transferendi
 pensiones an ex omnianno registrationis in Camera
 censentur nulla quoad utramque facultatem testandi
 dumtaxat.

9 **R**egistrationis omisso admittit fidem Brevis Apostolice quo
 ad facultatem testandi, sed non quo ad facultatem
 transferendi pensiones.

10 **S**criptura continens capitula separata, quamvis non
 probet quoad unum; potest tamen probare quoad
 aliud.

12 Nisi defectus proveniat ex dolo illius, à cuius auctoritate
 fides scripturæ dependet.

14 Instrumenti unius falsitas, & defectus fidei influit etiam
 in alia instrumenta.

AD AUDIENTIAM. Falsa latinitas
 vitiat rescriptum Papæ; Hoc dicit Jo.
 Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anch.
 mol. Abb. Jo. de Anan. Barbat. Felin.
 & Dec. & sic litteræ Apostolicæ deficiendo in fi-
 gura litterarum deficiunt in figura substantia, ut
 inquit Bald. hic n. 2. Ratio decretalis est, quia
 rescriptum Papæ transit per multas manus, &
 magna maturitate decoquitur, cap. Apostolica,
 & ibi Glossa. 135. quæst. 4. Joan. de Imol. conf. 133.
 Viso rescripto, num. 5. nec verisimile ut aliquis ex
 officialibus non videret fallam latinitatem, &
 illam non emendaverit, ut hic in Glossa, unica.
 Ideoq; rescriptum hujusmodi præsumitur extra
 voluntatem, & cancellariam Principis, & ab
 aliis fuisse falsificatum, ut ait Glossa, & Felin. hic
 num. 2. Imò hæc est præsumptio juris, & de jure,
 ut respondit Ludovicus. Romanus conf. 376. Qua-
 sitio est nunquid, num. 11. in fin.

Et intellige regulam hujus tex. etiam si falsa
 latinitas sit in uno tantum ex capitulis separatis,
 adhuc enim rescriptum vitiat in totum, quia
 tota auctoritas & fides desinit, cum fides scrip-
 turæ sit indivisibilis, ut patet in tex. ibi: si cum te
 nolimus adhibere: & in cap. Si ad scripturas, 9. di-
 stinctione & in cap. Pura, & simplex 3. q. 9. Ethic si-
 mant. Bald. num. 15. & Felin. num. 2.

Nec obstat tex. in cap. Sicut tempore infra eodem
 lib. 8. ubi subreptio in una parte non vitiat to-
 tum rescriptum in partibus separatis. Quoni-
 am aliud est subreptio in tacendo verum, ut ibi
 aliud in exprimendo falsum, ut hic; nam subre-
 ptio non impedit quin consistat de voluntate
 Principis in capitulo separato quando est in
 parte, que non causat principaliter concessio-
 nem gratiæ, sed Papa aliunde movetur. At falsa
 grammatica operatur, ut totum rescriptum
 videatur extra voluntatem Principis, secundum
 ea, que dicta sunt supra num. 1. & ita post Ab-
 batem in e. Sedes, infra eodem. Ad prædictam ob-
 jectionem respondet Felin. hic num. 2. qui ampli-
 us ad regulam hujus decretalis ponit quinque
 ampliationes, & 11. limitationes, quas per te
 videas. Et ultra eum limita duodecimo eandem
 regulam, ut locum habeat si falsa latinitas sit in
 parte, in qua Princeps rescribit; secus verò si sit
 in supplicatione, & narrativa partis, ut per Jo.
 de Imol. d. conf. 133. n. 5.

Ex facto quæsitum est an litteræ in forma Bre-
 vis quibus tribuitur facultas testandi, & transfe-
 rendi pensiones, ex omissione registrationis in
 Camera censentur nulla quoad utramque facul-
 tatem, an verò quoad facultatem testandi
 dumtaxat.

Facultas testandi, que registrari debet in Camera
 nullam habet connexitatem cum facultate trans-
 ferendi; idè quæ omisso registrationis, est ad-
 mittere fidem Brevis quoad facultatem testandi, non
 tamen censetur illam admittere quoad facultatem
 transferendi: nam quoties separata sunt Capitu-
 la, quamvis ex aliquo defectu scripturæ non
 probet quo ad unum, potest tamen probare quoad

alia, Glossa in l. Si ex falsis, in verb. Nisi forte, Cod
 De tranfact. quam dicit Alex. ibidem, num. 4. in
 iudicis observari; & omnes ad eam recurrere,
 Quod sine dubio procedit quando defectus non
 provenit ex dolo illius, à cuius auctoritate fides
 scripturæ dependet, prout non provenit in ca-
 su nostro. Rota dec. 3. de fide instrum. in antiquis,
 Bart. Angel. & alii apud Anton. Gabr. eorum.
 consil. de crimin. consil. 3. num. 2. Legib. in d. l.
 Si ex falsis, & Canonice in cap. Fraternitate;
 infra de hereticis, Dec. in conf. 312. numero 7.
 & 8.

Neque obstat quod fides instrumenti sit indivi-
 vilibilis, ut dictum est supra num. 5. quia respon-
 detur id procedere quando agitur de defectu fidei
 personæ adluentis fidem instrumenti, tunc
 enim personæ non creditur, ut puta notario
 in uno Capitulo, nec credi etiam debet in alio,
 cum ab eisdem personæ autoritate depende-
 ant. Imò, quod plus est, falsitas, & defectus fidei
 unius instrumenti influit etiam in alia instru-
 menta. Ita loquuntur Doctores in l. Si ex falsis: Et ita
 accipi debet quod dicitur fidem instrumenti esse
 indivisibilem. At in casu nostro fides unius par-
 tis Brevis, scilicet facultatis testandi non profici-
 titur à personæ, qua subiecti debebat; & ita
 cessat ratio indivisibilitatis fidei quam Doctores in
 falsitate instrumenti considerant.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Causam que.

S V M M A R I V M.

Rescripti interpretationem recipit à iuris
 communi.

Clausula in rescripto posita debet ad statum
 iuris reduci ubi unquam sita reperatur.

Ordo sensus, & intellectus magis servandus, quam ab-
 usivus ordo verborum

Rescriptum Principis debet reduci ad sermone iuris com-
 muni, etiam improbando verb. Et quid in privile-
 gio. n. 7. & seqq.

Rescripta contra ius elicta, nisi aliud appareat de volun-
 tate Principis, non valent, & num. 32.

Rescriptum conceditur ad iuris communi observantiam;
 aliàs transit in privilegium.

Privilegia sunt restringenda, ut nimis ledant ius com-
 mune, quam fieri possit, dum tamen aliquid conse-
 rant quantumcumque minimum, & numero 24. &
 26.

In quantum tangunt ius concedentis sunt latissime inter-
 pretanda.

Sed in quantum tangunt ius tertii, sunt restringenda, &
 num. seqq.

Gratia Principis ita est interpretanda, ut non noceat
 tertio.

Amplia primò etiam in gratia concessa miserabilibus
 personis.

Amplia secundò etiam in gratia concessa Regibus.
 Amplia tertio etiam si præiudicium sit modicum, num.
 15. sed contra, num. 16.
 Amplia quarto etiam quando rescribitur motu proprio,
 num. 17.

- Amplia quinto, etiam si alibi gratia nihil conferret. num. 24. *cap. 20.*
- Amplia sexto, etiam si oporteat recedere à proprietate verborum. n. 27.
- Limita, nisi verba sint adeo clara, ut cesset omnis ambiguitas. num. 34.
- 14 Privilegia regum in dubio sunt interpretanda, ut minus derogent iuri communi & superioritati Pontificis.
- 15 Motus proprius non format privilegium contra ius alterius.
- 16 Licet præservet à subscriptione, non tamen operatur remotionem iuris alieni.
- 20 Princeps non intendit, iuri alterius derogare.
- 21 Clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis sciante intentionis defectu nihil operatur.
- 22 Intentionis defectus semper opponi potest, licet in motu proprio sublata sit facultas de eo dicendi.
- 23 Onus tamen probandi incumbit alleganti.
- 25 Verba rescripti tolerabilibus est ut nihil operentur, quam ut aliquis indobite damnari patiarur.
- 26 Privilegium, ubi non agitur de præiudicio tertii, non debet adeo strictè interpretari, ut nihil operetur.
- 28 Clausula, Non obstantè collatione alteri facta, intelligitur de collatione invalida, ne tertio præiudicetur.
- 29 Rescripti verba, quod aliquis sit privatus beneficio propter crimen non inducens privationem ipso iure, impropriantur, & exponantur, quod sit privandus.
- 30 Princeps rescribens scienter contra ius tollit iniuri obstatum.
- 31 Contrarium.
- 32 Declaratur.
- 33 Princeps rescribens simpliciter contra ius præsumitur circumventus.
- 34 Verba clara interpretationem non admittunt.
- 35 Regula de iure questio non tollenda debet expressè derogari, nec sufficit scientia Papa implicita, vel explicita ex narratu quod agebatur de præiudicio tertii.
- 36 Nec ulla formula introduci potest, per quam dici possit consistere de mente Pape volentis tertio præiudicare, nisi facta regula mentionem.
- 37 Fallit in gratia ex sui natura præiudiciali.
- 38 Item fallit in gratia, qua sit ob publicam utilitatem.

CAUSAM QUÆ. Ordo rescripti interpretationem recipit à iure communi: Hoc dicit, Jo. Andr. Bellam. Butr. Card. Anchar. Imol. Abb. Joan. de Anan. vel aliter secundum Ant. de Butr. Abb. & Felin. clausula in rescripto posita debet ad statum juris reduci, ubicunque sita reperiatur, vel plenius secundum Bald. ordo rescripti recipit interpretationem ab ordine præfixi de iure communi: & verba præposita, vel postposita idem significant: & ordo sententis, & intellectus magis servandus, quam abusivas ordo verborum. Dividitur in duas partes, in prima ponitur partis conqueho, in secunda responsio, ac iudicis instructio: ubi non volentes.

4 Nota primo, ex hac decretali notabilem theoreticam, quod rescriptum Principis debet reduci ad terminos juris communis, etiam si oporteat id facere per improprationem verborum, præ-

ut ex hoc tex. deducunt Abb. & Decius ambo in primo notabilis, & notat in Gloss. in *cap. Paratus* in verb. Si verba, 23. q. 1. que per hunc text. dicitur, verba in rescripto posita iuri, & aequitati esse conformanda, licet verba non patiantur Oldrad. *conf. 208.* Questio est utrum, num. 5. Calder. *conf. 2.* Si mandatur, num. 1. de rescript. dices rescripta debere interpretari secundum ius etiam si quantum ad verba videantur discrepare à iure communi, & de hoc esse casum in hac decretali, & in *cap. Super literis, infra eodem, & in cap. Super quæstionem, & Si vero, de off. deleg.* Ad quod plura more suo cumulat hic Felinus num. 5. & seqq.

Rationem huius conclusionis assignat Calder. ubi supra, quia rescripta contra ius elicit, nisi aliud appareat de voluntate Principis, non valent, l. Rescripta, *cod. De precib. Imper. offer. cap. Rescripta, 25. q. 2.* ergo in quantum possunt, reduci debent ad ius commune.

6 Aliam rationem reddit Abb. hic num. 1. quia rescriptum conceditur ad ius commune observantiam, nec debet aliquid continere contra jus: nam tunc esset privilegium, ut notat gloss. in *cap. 1. verb. Noscatur, in fin. de constitut. lib. 6. & Cyh. in distal. Rescripta, cod. De precib. Imper. offerend.* Igitur ne rescriptum quid operetur contra naturam suam, debet ita, & taliter intelligi, ut iuri communi non obviet.

7 Et per hanc rationem videtur Abb. sentire aliud esse dicendum in privilegiis, quæ conceduntur contra observantiam juris communis, & tenet expressè Gloss. hic in verb. Præcedat, dicens verba in rescriptis esse intelligenda secundum ius commune, ut hic, & in concordant. in ea allegatis: scilicet in privilegiis, *cap. Ad audientiam, in fin. infra, de Decim. cap. In his, de privilegiis.* Idem Innoc. hic numero 2. & Hostiens. numero 10. dicentes in privilegiis fieri latam interpretationem, l. final. ff. De constitut. Princip. *cap. Olim de veterum recognitione,* dummodò à verbis privilegii non recedatur, *cap. Ad aures, infra, de privileg. cap. In singulis, & Porro, de statu Monachorum,* cum suis concordant.

8 Sed tu dicas privilegia in quantum possunt, esse restringenda ad limites juris, ut quantum minus fieri potest latat ius commune, ut est text. in d. l. Si quando, in princip. *cod. de inoff. test.* dum tamen ita intelligantur, ut aliquid conferant quantumcumque minimum, per ea, quæ leguntur, & notantur in *cap. Olim, de verborum significat. in d. cap. In his, de privileg.* ut bene per Butr. hic num. 17. Imol. numero 11. vers. Interdum autem, & Dec. num. 3.

9 Et quamvis privilegia in quantum tangunt ius concedentis latissime sint interpretanda, per id quod habetur in *cap. Cum dilectus, inf. de consuetudin.* Nam quoad concedentem censentur esse beneficia, in quibus sit latissima interpretatio, quando agitur de præiudicio solius concedentis, iuxta not. in *cap. fin. infra, de translatione Episcoporum, & in d. cap. Olim, de perorum significat.* tamen in quantum tangunt ius tertii, sunt restringenda, *cap. Pastoralis, infra, de privil. & not. Innoc. in cap. Cum dilectus, de donat. in cap. Tria, de decim. & in d. c. ult. de translatione Episcop. Oldrad. d. conf. 208. numero 2. Baldus in l. Nec avus, num. 2. C. De emancipat. liber. Butr.*

hic

- hic numero 18. Imol. num. 11. vers. Et prædicta procedunt, & Felin. num. 10. vers. Et ideo dicit Bald.
- Itaque si principalsalici privilegium conceditur, ipsum sic temperatè, & civiliter est intelligendum, ut in quantum fieri potest, sine alterius iniuria, & iuris alieni præiudicio (præsertim si per ipsam iuris interpretationem aliqua utilitas cui conceditur, afferri possit) intelligatur concessum, quæ sunt formalia verba Oldradi in præalleg. *conf. 208. num. 1.*
- 11 Et generaliter concessionem Principis ita esse interpretandas, ut non nocent tertio, probant iura clara in l. 2. §. Maris, ibi: nam quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitri, ut sine iniuria cuiusque fiat, ff. Ne quid in loc. pub. & in l. Impuberi, ibi: privilegium militum ad alienam iniuriam portigi non oportet, ff. De adimittit. ratur. & in l. Sed cum ab heredo, ibi: præsertim si novum beneficium cum alterius iniuria pollularetur, ff. Ad Trebell. & in l. Nec avus, ibi: nec in cuiusquam injuriam beneficia tribueremoris est nostri, *cod. De eman. cipat. liber. & in cap. Ex raturam, infra, de usu Pallii,* ubi Gloss. in verbum, Permittit, & in *cap. Ad aures, vers. Cum non sit intentionis nostre, supra eodem cap. Ex parte al primo, ibi: Si memores fuissetis, & cap. Super eo, ibi: Non tamen est nostrarum intentionis, infra, de off. deleg. cum plurimis concordant, & notat Gloss. 1. in *cap. Ecce, 99. dist. in cap. lege, in verb. Divisiones, 10. dist. in cap. 1. in verb. Iustitiam, 22. dist. in collatione, cum multis similibus, ut hic per Felinum, num. 10. vers. Et generaliter. Rota in antiquioribus decis. 2. num. 2. de venenae.**
- 12 Amplia primo, etiam si privilegium concessum esset personæ miserabili; nam adhuc intelligendum esset sine præiudicio tertii, neque enim iura patiuntur ut minus inopia per alterius injuriam releveret, nec quod ex pietate aliquibus miserabilibus personis conceditur, ad injuriam alterius redundet, *cap. 1. 22. quæst. 2. & cap. 2. inf. de eccl. assis. & tradunt Oldr. d. conf. 208. numero 8. & Sarnon, in reg. de iur. quæst. non toll. d. quæst. 1. num. 4.*
- 13 Amplia secundo, etiam in privilegiis concessis Regibus, quæ odiosa sunt, ut per Rebuff. super concord. in cit. De Regib. ad Prælat. nominat. in princ. in Gloss. in verb. Cathedralibus, & Felinus, hic num. 25. Scidedo voluit interpretanda, ut minus derogent iuri communi, & superioritati Pontificis. Caputaq. decis. 84. n. 6. & 7. q. 2.
- 15 Amplia tertio, etiam si præiudicium sit modicum; Gloss. in *cap. Cum olim, in verbum, Præiudicium, infra, de consuetudin.* Felinus, hic numero 10. vers. Et qua dicuntur de præiudicio, sed in oppositum est Gloss. fin. ad d. l. Nec avus, *cod. De eman. cip. liber.* quæ exponit verbum, injuriam, scilicet magnam; sed parva toleratur. Et allegat multa iura. Ad idem Gloss. in d. *cap. Ad aures, in verb. Intentionis, supra eodem, quæ dicit Papam sic uni concedere beneficium, ut alium non ledat, vel gravet, saltem graviter, seu enormiter per iura ibi allegata.*
- 17 Amplia quarto, etiam quando rescribitur motu proprio, ut notat Host. in *cap. Causam quæ, in princ. in verb. Verba consuetudinis, infra, de test. Calderin. in cap. Mandatum, num. 24. supra eodem, Abb. in cap. 1. numero 21. de iudic. Felin. hic numero 10. vers. Et procedunt hæc. Rota decis. 331. numero 25.*

in 3. 4. par. recent. Et quod metus proprius non firmet privilegium contra ius alterius, tenent Abbas in *cap. Ad aures, num. 5. supra eodem Butr. in cap. Per venerabilem, numero 15. infra, qui fil. sui legimus. Præpos. in cap. Quia circa num. 4. de consangu. & affinit. Rota in antiq. dec. 445. aliis 71. de refer. & dec. 33. num. 6. & 8. de prob. ubi quod motus proprius licet præservet à subreptione, tamen non operatur remotionem juris alterius non intendit iuri alterius derogare, *cap. Super eo, de off. deleg. cum concord. Et stante defectu intentionis; clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, nihil operantur. Rota, dec. 474. numero 18. par. 8. recent. quoniam defectus intentionis semper opponi potest, licet in motu proprio sublata sit facultas de eo dicendi. Seraphin. decis. 965. num. 14. Onus tamen probandi intentionis defectum incumbit alleganti, idè Seraph. dec. 1484. num. 11.**

24 Amplia quinto, etiam si alias privilegium nihil conferret quia potius debet tolerari, ut verba rescripti nihil operentur, quam ut aliquis indobite damnari patiarur, quæ sunt formalia verba Sarn. in *reg. de non toll. iur. quæ sit. quæst. 1. n. 4. & quæst. 22. ad fin. alleg. lal. post Gloss. Bart. & alios, in l. §. In computatione, col. fin. C. De iure delict. & Gemin. in cap. Si Papa, in suo princ. de privil. lib. 6.*

Ubi tamen non agitur de præiudicio tertii, privilegium non debet adeo strictè interpretari, ut nihil operetur, ut hic per Imol. num. 11. & Felin. eodem numero vers. Secunda declaratio, & ita intelligi potest Gloss. nostra in verb. Præcedat, in fin. dum vult in privilegiis non fieri interpretationem secundum jus, quia illa contra ius conceduntur, cum privilegio dicatur quasi privans legem, seu ius commune, *cap. Privilegia, 3. dist. & idè ita debet interpretari, ut aliquid addat iuri communi d. cap. In his, de privileg. & cap. Abbate, de verb. signif.*

Amplia sexto & ultimo, etiam si oportet recedere à proprietate verborum: nam potius verba Principis sunt impropranda, quam ut tertio præiudicium inferant, ut tradit Roman. *conf. 334. circa primam, num. 1. vers. Secundum idem probatur,* dicens de hoc esse casum in *cap. Super eo, de off. deleg. Ruin. conf. 125. V. Sa facta serie, post numerum 12. libr. 3. Sigismund. Loffred. conf. 30. Quidam Baron. 25. lal. in l. Ex factis, in 4. notat ff. De vulg. & pupill. Bolognetti, *conf. 2. in causa verrente, numero 38. Sarnon, in reg. de iur. quæst. non toll. d. q. 1. num. 4.**

Hinc deducitur primo, ut si Papa mandet conferri alicui beneficium non obstantè collatione de ipso alteri facta, hæc verba sint intelligenda de collatione invalida, non autem de valida, ne alteri præiudicetur, proxi hic firmat Compell. num. 13. vers. Et per eandem rationes. Subdens se ita de mandato Papa sententiam protulisse apud Mediolanum, quia huiusmodi litteræ sunt odiosæ, & ambitiosæ, & jure alterius usurpantes, & idè restringenda, & hæc est decisioem Compell. sequitur hic Jo. Anér. Bald. Butr. Imola. & alii communiter, illamque pluribus exponat Felinus num. 9. cum multis seqq. & quamvis n. 25. vers. Considera secundò, videatur dubitare de illius veritate in puncto juris, subdit tamen ab ea in præcisa recedendum non esse, quia non

habet contradictonem. Quibus addo Mohedan. *dec. 7. de res. spol.* ubi vertebatur lis inter duos super officio custodis pontis, & portæ Salarie, quorum præfens prædictum officium à Papa obtinuerat ad sui vitam. Secundus idem officium postea obtinuerat ab eodem Pontifice cum clausula Motu proprio, & ex certa scientia, & non obitante collatione per nos alteri facta, & cum facultate ingrediendi possessionem propria auctoritate, & Rota resoluit concessionem secundam non valere, & primum officiale spoliati esse reintegrandum, & *num. 6.* dicit non obitare clausulam illam, Non obitante concessione per nos alteri facta; nam intelligitur de invalida licet per errorem alleget Innocentium, cum debeat allegare Compolt.

29 Deducitur secundò, ut si Papa in suis litteris asseret aliquem à jure privatum esse suo beneficio propter tale crimen, illudque alteri conferret; si tamen de jure non esset privatus, sed privandus: prædicta verba deberent inappropriari, & reduci ad sensum juris, id est, ut esset privandus, ita notabiliter determinat Felin. *bicinium, 6.*

30 *vers. sed ex ista decisioe,* & quamvis Petr. de Anchax. *cons. 293. incipit Vltra alia,* velit ut Princeps disponendo scienter contra jus, tollat juris obstatulum, *l. idem Vspanum, ff. De excus. tutor. nihilominus Felin. ubi supra,* dicit se non credere illud esse tenendum, quia habere aliquem pro privato suis beneficiis, qui de jure non est privatus, est disponere contra jus. Verum Papa non intendit contra jus disponere, nisi dicat, non obitante, &c. *glos. in cap. 1. in verb. Noscatur, de cons. lib. 6.* Ergo rescribendo quod sit privatus, nulliter rescribit, & contra mentem suam. Nec dicatur, derogat juri ex certa scientia eo ipso quod scribit contra jus. Quoniam si hoc esset, quodcumque rescriptum contra jus valerit indistinctè, cum Papa præsumatur habere omnia jura in scripio pectoris, *cap. 1. de cons. lib. 6.* quod tamen constat esse falsum, ut *l. Rescriptum, Cod. De prædium imp. offer. cum suis concord.*

32 Et quamvis possit juri derogare, tamen id verum est, quando constat de certa scientia, quæ non percipitur ex hoc solo, quod scribat contra jus, quia sequeretur tunc dictum absurdum necessario, sed percipitur ubi adjicit hoc verbum (ex certa scientia) vel si diceret Titium privandum volumus haberi pro privato: Tunc enim apparet Principem scire se derogare, sed rescribendo simpliciter contra jus, præsumitur circumventus, ut idem Felin. tradit in *cap. Nonnulli in 4. fallentia secunda regula vers. Secundo contrarium 4. fallentiam, infra eodem:* (Nec dicatur in beneficiis rescriptum non indigere clausula non obstante, quia hoc est falsum, ut idem deduxit in eodem *cap. Nonnulli, vers. Fallit nono.* Et ista latius reasumpit consulendo in diocesi Lunensi, in qua unus impetraverat Eccliam alterius, quæ Papa in suis litteris dicebat eum privatum eo quod sine licentia se absentaverat à cura animarum. Hæc enim non erat sufficiens causa, quæ cum beneficio privaret ipso iure.) Hæc Felin.

34 Et ex his collige declarationem ad plenam regulam hujus textus, quod litteræ Apostolicæ ad intellectum juris sint reducendæ: procedit enim ubi verba hoc patiuntur, ubi verò nulla est

ambiguitas, cessat hæc communis interpretatio, *l. 116. aut ille, §. Cum in verbo, ff. De leg. 3. Innoc. hic numero 2. & 3. in fin. Compoltell. numerus Abb. in 1. notab. vers. Quod intelligit.*

35 Hodie verò ubi agitur de tollendo jure alteri quæsitò non sufficit, ut verba litterarum à postolicarum sint clara, imò nec sufficit ut Papa habuerit scientiam implicitam: vel explicitam ex narratis, quod agebatur de jure tertio tollendo, sed debet nominatim fieri mentio, & individua derogatio regulæ de jure quæsitò, ut optimis fundamentis resolvit Rota apud Casar de Grass. *de. 3. q. 9. alius 3. de rescript. & de. 10. numero 1. de verb. signif. quæ decisiones fuerunt postea multoties approbatae, Seraph. de. 1082. numero 6. & seqq. ubi etiam decisum ait nullam aliam formulam posse introduci per quam possit dici constare de mente Papæ volentis tertio præjudicare, nisi faciat regulæ mentionem, quia protestatio, quam Papa facit in regula, tollit ejus consentum, & voluntatem ab actu gerendo ubi ei non derogatur, ex Sarnen. in *proem. regul. quasi. 3. n. 3.**

37 Fallit in gratia ex sui natura præjudiciali, in qua non requiritur derogatio regulæ. Rot. in *revent. dec. 11. numero 25. par. 6.* Item fallit in gratia, quæ fit ob publicam utilitatem, ut in *dec. 174. numero 7. par. 1. revent. Quæ omnia latius reasumpit in cap. Ceterum, à num. 18. supra eod. ubi plene videas.*

DE RESCRIPTIS.

Cap. Super litteris.

S V M M A R I V M.

Decisio hulus cap. attenditur etiam inter Legistas.

1 Tacens verum, vel exprimens falsum in rescripto, si per malitiam, caret fundatis impetratis: si per simplicitatem aut aliis non obtinisset rescriptum, & idem aut obtinisset, & secundum iuris ordinem, Delegatus procedit, & *num. 3.*

2 Bona fides a se se præsumitur ubi enormis lapsus reperitur.

3 Subreptio dolosa vitiat rescriptum in totum, si autem procedit ex simplicitate, vel ignorantia, eatenus vitiat, quatenus vitiat causa concessionis.

4 Subreptio, & obreptio an, & in quo differant.

5 Causantur ex duplici causa.

6 Mendacium committi potestiam falsum exprimendo, quam verum tacendo.

7 Subreptio, & obreptio quid sit.

8 Rescriptum falsum, & obreptum in quo differant.

9 Subreptio dolosa vitiat rescriptum.

10 Ampliator primò, etiam si impetrans esset sanctus.

11 Sed contra.

12 Ampliator secundò, etiam in litteris Beneficialibus.

13 Ampliator tertio, etiam in privilegiis, n. 15.

14 Ampliator quarto, etiam si fuerit causa partis rescripti tantum, num. 18.

Et rescriptum continet plura capitula separata, & subreptio non fuerit iusta obtrudenda omnia, numero 19.

Maximè in litteris gratia, n. 20.

Et in expectativis, n. 23.

Ampliator quinto, si fuerit commissio exprimendo falsum, si accedo verum, n. 25.

Ampliator septimò, etiam si non fuerit causa concessionis, n. 33.

Limita primò, nisi subreptio dolosa sit circa ea, quæ non tangunt substantiam, vel formam rescripti, n. 34.

Limita secundo, nisi respiciat unum tantum ex duobus alternativè narratis, n. 35.

Limita tertio, nisi littera fuerit obtenta motu proprio, n. 37.

14 Falsitas non præsumitur in litteris ad lites, sicut præsumitur in litteris ad beneficia.

15 Mendacium necat privitium.

16 Subreptio magis vitiat litteras gratiosas, quam litteras ad beneficia.

17 Subreptio dolosa in gratiosis etiam si minima sit est attendenda.

Etiam si Papa alius fuisset concessurus ibidem.

21 Subreptio facti non vitiat litteras beneficias, & gratiosas, quam rescripta ad lites.

22 Subreptio etiam dolosa non vitiat rescripta ad lites ipso iure, sed ex exceptione, sed litteras gratiosas, & beneficias vitiat ipso iure.

23 Expectativa sunt ambigiosa, & restringenda.

24 Subreptio non dolosa non vitiat litteras in totum, sed eam partem tantum, quantum vitiat causa.

26 Expressio falsitatis, & suppressio veritatis facta per dolum æquiparantur.

27 Exempla dolosa subreptionis per falsi expressionem in rescripto ad lites.

28 In litteris Gratia.

29 Exempla dolosa subreptionis per veri suppressionem in rescripto ad lites.

30 In litteris gratia.

31 Dispensatio nunquam porrigitur ad defectus suppressionis.

32 Sufficit tamen exprimente qualitates in genere.

33 Subreptio dolosa vitiat rescriptum in totum, etiam si Princeps aliis concessisset.

35 Intellectu c. Si eo tempore, de rescriptis, lib. 6.

36 Alternativè petenti non censetur præcisè alterum petere, fallit si alternativa non possit nisi in uno verificari.

Mittor petens alternativè sibi provideri de beneficio curato, vel simpliciter, censetur se restrinxisse ad simplex, cuius est capax, ibid.

37 Motus proprius omnem subreptionem excludit, dari tamen potest de defectu intentionis, n. 38.

38 Subreptio duplex, altera que provenit ex parte impetrantis, altera, que oritur ex ipsa. Primam tollit motus proprius, secundam non.

39 Motus proprius relevat ab onere iustificandi gratiam, sed probato intentionis defectu, nihil operatur.

Requiritur tamen oris apertio, quando in concessione est sublata facultas contrarium dicendi, vel operandi, ibid. *vers. In præiudicium.*

40 Subreptio in dubio an præsumatur dolosa.

41 Quid in rescripto ad lites.

Et quid in litteris gratiosis, n. 45.

42 Falsi crimen nemo præsumitur committere propter litteras de simpliciter iustitia.

43 Dolum non præsumitur qui commisisse in re mota dicit.

44 Dolum præsumitur in eo, qui in facto proprio non

antiquo, neque intricato falsum narrat, etiam in litteris iustitie, & n. 46.

45 Subreptio in gratiosis semper præsumitur cum dolo, sed hæc præsumptio est iuris tantum, & ideo possit contrarium probari.

Et si gratis sit iudicia, dolum non præsumitur numero 46.

46 Dolum in litteris gratia præsumitur in eo, qui expressit falsum, vel tacite verum in facto proprio.

47 Ignorantia in facto proprio non præsumitur.

48 Falsitas quæ non inducit Principem ad gratiam facilius concedendam, sed est superflua, non præsumitur dolosa.

49 Idem si vero expresso Principe difficultus concessisset.

50 Dolum in eo, qui suggestit falsum, vel tacite verum in rescripto ex quo probetur.

51 Simpliciter, & imperitè parçitur.

52 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam si non sit causa concessionis, rescriptum non vitiat.

53 Quod procedit etiam si impetrans tacuerit ea, quæ de processu sunt necessario exprimenda.

54 Idem procedit etiam in beneficiis, sed vide numero 57.

Sed fallit si qualitates sint tales, ad quarum expressionem impetrans tenetur de iure communi numero 57.

Item fallit si subreptio cadat in eo, ad quod verba concessionis non adaptantur, ibidem *vers. Morivinus autem.*

Item fallit ubi est diversitas personarum, vel causarum ad hoc, vel ei, n. 60.

Item fallit si expressio falsitatis facta fuerit non causa demonstrationis, sed causa taxationis, numero 61.

55 Littera non vitiantur ex eo, quod impetrans tacuerit beneficium ab alio impetè possideri, vel persequi.

56 Expressio beneficii cum cura, vel residentia obtinuit beneficium simplex, & residentiam non requirit.

57 Subreptio non est impetratio thesauraria sub nomine dignitatis cum sit officium, *vers. At secus est.*

Stylus Principis attenditur ad dignoscendum an verisimiliter litteras concessisset, nec ne, ibidem *vers. ad dignoscendum.*

Item attenditur, an gratia præiudicium inferat, ibid.

58 Litteræ impetrationis ob taciturnitatem beneficii, etiam modice vitiantur.

59 In litteris beneficialibus non tenetur impetrans facere mentionem nisi de qualitatibus in iure expressis.

62 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum, si sit substantia rescripti indubitata.

Quod à fortiori procedit in beneficiis, & gratiosis, num. 66.

Item procedit etiam quando subreptio non sit causa finalis, sed impulsiva, n. 67.

Et quid si alius pro absente litteras impetravit, numero 71.

63 Rescriptum iustitie si sit sine veritate, vel talis falsitas exprimat, quæ tacita, vel expressa, Papa litteras non dedisset.